UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Victore [et] Stephana martyribus. Cap[itulum]. lxxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

eſt. Tunc magaſius iudex hoc comperto a ſyra-
cuſana ciuitate venit mandulam: vt ſanctos in-
terficeret. Orante ſcō Lucia mons crepuit: et
ſancto ſuſcipiens triduo occultauit: deinde ſi-
tientibus illis fontis aqua ſcaturijt: eoſq; re-
fecit. Orauitq; lucia ad dominum: vt eius in pa
ce ſuſciperet ſpiritū: ⁊ ſtatim in domino obdor-
miuit. Geminianus ſcō poſt duos dies egreſſus
vt corpus eius ſepeliret: a carnifice inuentus
gladio percuſſus eſt. Et cum odor maximus de
mōte fragraret: chriſtiana quedā ad odoris ſen
ſum montē intrauit: ⁊ in ſepulchris marmoreis
ibidem ab angelis preparatis ſanctorū corpo-
ra reperta ſepeliuit: atq; in montis vertice ec-
cleſiam eorum nominibꝰ fabricauit. Qui paſſi
ſunt decimoſexto kalen. octobris.

¶ De ſancto lamberto epiſcopo ⁊ martyre. Cap. lxxxvi.

Lambertꝰ epi
ſcopus ⁊ martyr paſ-
ſus eſt tempore pipi-
ni francorū regis. Hic
eñ genere nobilis ex
oppido traiectenſi ori
undus ab annis pue-
rilibus ſacris litteris
eruditꝰ: diotardi epi-
ſcopi diſcipulus fuit a quo et eccleſiaſticos or-
dines vſq; ad diaconatum accepit. Qui pro ſui
ſanctitate adeo ab omnibus amabatur: vt mor-
tuo diotardo magiſtro ſuo traiectēſi eccleſie in
epiſcopum ab omni populo mereretur ꝓmoue-
ri. Quem hydricus rex pre omnibus epiſcopis
ſuis charius diligebat. Quo mortuo inuido-
rum malitia ciues eius impij ipſum ſine cauſa
de epiſcopatu eiecerunt: ⁊ feramundum in eiꝰ
cathedra ſtatuerunt. At lambertus ad monaſte
rium: quod dicitur ſcabolum declinauit: et per
ſeptem annos ibidem in penitentia et optima
conuerſatione ſtetit. ¶ Quadam ſcō nocte ad
orationem ſurgens in pauimento per ignoran-
tiam caſu ſonitum fecit. Quod audiens abbas
mandauit: vt quiſquis eſſet ille: qui ſonitum il-
lum feciſſet: ſtatim ad crucem: que erat in cam-
po ſub diuo vſq; poſt matutinum moraturus ac
cederet. Credēs ꝙ aliquis ex fratribus ſtrepi-
tum ſtudioſe feciſſet. Tunc lambertus illico nu
dis pedibus et cilicio indutus ad crucem cu-
currit: ac ſi tali obedientie vti vnꝰ ex monachis
eſſet aſtrictus: ibiq; vſq; poſt matutinum perſe
uerauit: donec abbas in matutino omnibus vi-
ſis fratribus: epiſcopum deeſſe cognouit: ⁊ au
dito ꝙ ille fuiſſet qui ad crucem iuiſſet: eum in
troduci fecit: quem totum capite cum hyems
eſſet horrida: niue perfuſum ⁊ pene frigore ex-
tinctū aſpexit: ⁊ ab eo cum monachis veniam
poſtulauit. ¶ Poſt. vij. autem annos iubente pi
pino rege feramundus expellitur: ⁊ lambertus
in ſedem ſuam reducitur. Et cum ipſe ſicut pri
us verbo ⁊ exemplo polleret duo germani fra-
tres maligni inſurgentes in eum grauiter per-
ſequi ceperunt. Quos quidam amici epiſcopi
eo inſcio occiderunt. Eodemq; tempore lāber-
tus pipinum de quadam eius concubina plu-
rimum increpauit. Dodo autē conſanguineus
occiſorum ⁊ frater ipſius meretricis aule regie
domeſticus: occaſione accepta congregauit ex-
ercitum: ⁊ domū epiſcopi: que erat in vico leo-
dio nocte circundedit: volens occiſorum necē
in ſanctum vindicare lambertum. Quod cum
vir domini puero nunciante didiciſſet: gladiū
quem tenebat abiecit: ſuoſq; conſtanter admo-
nuit: vt peccata ſua confiterentur: ⁊ patienter
mortem ſuſtinentes in domino confortarētur.
Cum autem hoſtes domum eius vndiq; inflam
maſſent in ſanctum martyrem irruerunt: ⁊ ipm
orantem iaculis ⁊ gladijs peremerūt. Quibus
abeuntibus: quidam ex epiſcopi famulis eua-
dentes: corpus eius ad eccleſiā ſuam nauigio
perduxerunt: quod traiectenſi cum multa ciui-
tatis meſtitia ſepulture dederūt: paſſus eſt. xv.
kal. octobris circa annū dñi. ccccccx.

¶ De ſancto tharraſi confeſſore. Cap. lxxxvij.

Tharraſis cōfeſſor grecia: vt
creditur: oriūdus
eo ꝙ de vita ipſius nihil certū habe
tur: cōfeſſiōe xpi ⁊ pnia clarus apō
conſtantinopolim heremi incola an
gelicā vitā duxit: vbi in pace quieuit. Corpus
aūt eiꝰ in ſpelūca reptū eſt: ī qua ⁊ pniam egiſ-
ſe putat: cū titulo in tabula ſcripto. Hic requie
ſcit corpꝰ ſcti tharraſis confeſſoris. Qḋ inde le-
uatū tpe alexij imparatoris: intra vrbis regie am
bitū honorifice ſepulture traditū eſt. Proceſſu
ſcō tpis inde tranſlatū fuit venetias ab ipſius
patrie ciuibus: atq; in monaſterio ſancti zacha
rie depoſitū quieſcit. Cuius trāſlatio facta eſt
xv. kalē. octob. Nā ⁊ de eo quo tpe floruit: quo
ve die ad xpm migrauit aliter repiri nō valuit.

¶ De ſanctis Emiliano ⁊ Hieremia martyribus. Cap. lxxxviij.

Emilianꝰ diaconus ⁊ hieremias
martyres apō cordubā
hyſpanie ciuitatē paſſi ſūt. Qui ꝓ cō
feſſiōe fidei hſpanie detēti: ⁊ diuerſi
afflicti ſupplicijs: tandē gladio decollati ſunt
xv. kal. octobris. hec ado in martylogio.

¶ De ſanctis Victore ⁊ Stephana martyribus. Cap. lxxxix.

Victor et ſtephana
martyres apō ſiciliā paſſi ſunt
ſub perſecutione antonini im-
peratoris agente duce ſebaſtia
no. Qui militē victorē captum
hortabat: vt dijs ſacrificaret.
Quod dum recuſaret iuſſit dux confringi digi-

toꝛum eius articulos: donec oſſa de coꝛio ſegregarentur. Et cum in his gratias ageret: iuſſit eũ mitti in caminũ ignis ardentis. Oꝛauit aũt victoꝛ ad dñm: ⁊ ignis eũ non tetigit: ſꝫ poſt triduũ dux ipm illeſum inuenit. Tunc mãdauit venena preparari: ⁊ ea in carne iniici ⁊ ei dari. Et cõtinuo mãducauit: nec aliquid mali ſenſit: venenarius aũt acrioꝛes venenoꝝ ſtimulos poꝛrexit. Et cũ comediſſet iterũ ſanus ſtabat. Statimq̃ magnus ille cõuerſus: oẽs codices ſuos cõbuſſit: ⁊ fidẽ xp̃i ſuſcepit. Poſt hec iuſſit dux neruos coꝛpis eiꝰ dirũpi: ⁊ oleũ decoqui: ⁊ partibꝰ occultioꝛibꝰ coꝛpis infundi. Ac demum in equuleo ſuſpẽdi ⁊ lãpades ei ardẽtes applicari. Que cũ oĩa cõfoꝛtatꝰ a dño ſuperaſſet: fecit acetũ ⁊ calcẽ in os eiꝰ infundi: deinde ipm exoculari: ⁊ ſic verſis pedibꝰ ſuſpẽdi: donec ex eiꝰ naribus ſanguis diſtillaret. Dimiſſo igit eo triduo in illo ſuſpendiculo: carnifices eum moꝛtuũ exiſtimãtes acceſſerũt vt viderẽt: ⁊ ſtatim excecati ſunt. Sꝫ oꝛãte victoꝛe: tã ipe q̃ illi viſum perceperũt. Iratꝰ aũt ſebaſtianus hoc audito mãdauit eum decoꝛiari. Tũc vxoꝛ vnius militis noĩe ſtephana annoꝝ circiter .xvi. exclamare cepit: ⁊ ſanctũ martyꝛem beatificare: viditq̃ duas coꝛonas ab angelis de celo deferri: ⁊ maioꝛẽ victoꝛi: minoꝛẽ ſibi dari. Et cũ hec oĩa coram cunctis enarraſſet: ⁊ xp̃m dñm ꝯfeſſa fuiſſet. Iuſſit dux arboꝛes duas palmarũ ad ſe inclinari: ita vt ſe tangerẽt: ⁊ in vtriſq̃ ligari manibꝰ ac pedibꝰ beatã ſtephanã: ⁊ ſimul arboꝛes ad naturalẽ erectionẽ reuertẽtes dimitti: ſicq̃ dirupta eſt ſtephana in duas ptes: ⁊ a xp̃ianis occulte ſepulta. Sanctũ aũt victoꝛẽ iuſſit dux decollari. Percuſſoq̃ illo ex eiꝰ coꝛpe ſanguis ⁊ lac emanauit. Cuiꝰ coꝛpus a xp̃ianis ſepultũ eſt ĩ ſarcophago qđ ipe ſibi ꝓpauerat ĩ ciuitate ſua. Paſſi ſunt aũt ſcti martyꝛes .xiiij. kal. oct.

¶ De ſctõ methodio ep̃o ⁊ mar. Cap. xc.

Methodius martyꝛ pꝛio olympi lycie ep̃s ⁊ poſtmodũ Tyri fuit. q̃ nitidi cõpoſitiq̃ ſermonis aduerſus poꝛphiriũ libꝛos luculentos compoſuit. Itẽ ſympoſium .x. virginũ. Itẽ de reſurrectione ꝯ oꝛigenẽ opus egregiũ. Et aduerſus eũdẽ de phitoniſſa: ⁊ de arte geoꝛgioꝝ. In geneſim q̃ꝫ ⁊ in cãtica cãticoꝝ cõmẽtarios edidit. Et m̃lta alia q̃ vulgo legunt: qui ad extremũ nouiſſime pſecutionis ſub diocletiano: vel vt alij affirmãt ſub decio ⁊ valeriano in calcide grecie martyꝛio vitã finiuit. Cui in carcere exiſtẽti facta eſt reuelatio plurimoꝝ de tpe aduentꝰ antixp̃i: que ſctũs martyꝛ ſcripture cõmendauit. paſſus eſt .xiiij. kalẽ. octob. Hec hieronymus de viris illuſtribus.

¶ De ſancto fereolo martyꝛe. Cap. xci.

Fereolus martyꝛ ⁊ iulianus eius comes in aluernia nati deo in militari habitu ſeruiebant: vt dictũ eſt ſupꝛa in paſſiõe iuliani martyꝛis .v. kalẽ. ſeptẽbꝛis. Cũ aũt pſecutoꝛes ſanctum iulianũ apud aluerniã decollaſſent: ⁊ caput eiꝰ viẽne ad fereolũ detuliſſent: a criſpino conſulari tali conditione miſſi: vt aut fereolus ſacrificaret: aut ſimilẽ ſententiã acciperet: cum eis aſſentire nollet: confeſtim in xp̃i cõfeſſione capite ceſus eſt. Cuiꝰ coꝛpus vna cũ capite ſancti iuliani in ipa ciuitate in eodẽ tumulo ſepultum eſt .xiiij. kal. octobꝛis. ¶ Poſt multos aũt annos cũ mamertus ep̃s viẽneñ. coꝛpus ſancti fereoli tranſferre vellet: inuenit caput ſancti iuliani inter manꝰ fereoli: ⁊ vtrũq̃ ipoꝝ ita integrum ⁊ illeſum: acſi ea die fuiſſet ſepultũ.

¶ De ſancto flocello martyꝛe. Cap. xcij.

Flocellꝰ martyr puer decẽnis paſſus eſt apud vꝛbem auguſtuduñ. tẽpoꝛibus antonini imparatoꝛis ſub valeriano pꝛeſide. Cum enim pꝛeſes audiſſet: q̃ Flocellus ſanctos martyres in eoꝝ paſſionibus confoꝛtaret: iuſſit eũ teneri: ⁊ ſuſpẽſum in equuleo diutius flagellari. Deinde carceri vna cum leone recludi: vt ab eo deuoꝛaretur. Oꝛãte ṽo puero leo ſubito moꝛitur. Statimq̃ ſeptem lucerne cũ cãdelabꝛis ei pꝛeſentant: quarum lumine tenebꝛe carceris repelluntur. Qđ audiẽs gentilis quidã filiũ ſuũ: cecũ: ſurdũ: ⁊ mutũ: ei obtulit: cui ſctũs martyꝛ cõfeſtim viſum: auditũ: ⁊ loquelã reſtituit: ⁊ ipm cũ pꝛe ad xp̃ꝫ cõuertit. Que dũ pſes audiſſet ipꝫ ĩ ignẽ maximũ extra vꝛbẽ mitti fecit. Sed puer ab angelo ſibi a dextris aſſiſtẽte hoꝛtatꝰ ignẽ ingreſſus eſt. Et cõtinuo tẽpeſtate ⁊ ĩbꝛe valido ingruẽte ignis extinctꝰ eſt. Quẽ pſes iuſſit lingua ⁊ palmis clauis ꝯfigi. Et dũ nihilominꝰ xp̃m ꝯfiteret: ſtola indutꝰ linea feris in platea exponit: ⁊ ab eis diſcerptus martyꝛio coꝛonat .xiiij. kal. octobꝛis.

¶ De ſctis ianuario ep̃o ⁊ ſo. mar. Cap. xciij.

Ianuariꝰ ep̃s ⁊ ſocij eiꝰ .ſ. feſtꝰ ſociꝰ ⁊ pꝛoculus diaconi: deſiderꝰ lectoꝛ: acatius et eutyches paſſi ſunt apud ciuitatem puteolanam ſub perſecutione Diocletiani agente pꝛeſide Timotheo. Qui pſes miſſus a ceſare ad